

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni](#)

## Mythologia, Francfort, 1581 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre I**

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - I, 09 : Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni](#)

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I**

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 09 : Comme quoy les Dieux des Anciens ont esté eternels](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I**

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 09 : Comment les Dieux des anciens ont esté eternels](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

## Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 18-21

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023



reficiat, hæc ad naturæ vim conseruandam requirantur? Inde effectum est vt Alexander Macedo se Deum esse adulatoribus prædicantibus responderit, se longè diuersa à diuina natura experiri, cum & somnum & Veneris titillationes sentiat. Quòd si horum Deorum natura deficiente nutrimento deficeret, & ad libidinem illi incitantur, qui possunt non esse mortales, aut qui potest eorum genus nisi reparetur, non deficere? Non sunt igitur Dij illi antiquorum, sed fabulæ illæ partim naturæ res occultas habent, partim mores informant, partim sunt inania vulgi figmenta, vt dicebamus.

*Quo pacto Dij antiquorum fuerint sempiterni* C A P. IX.

**A**TQUE vt pateat vera esse illa quæ dicta sunt hæcenus de Deorum antiquorum mortalitate, quid de Ioue ipso principe omnium Deorum scriptum fuerit à poëtis, consideremus, quem modò patrem, modò Regem omnium Deorum vocant, sicuti Homerus in primo Odyssæ,

*τοῖσι δὲ μάλιστα ἦρχι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.*

*Hos ita compellat hominum pater, atque Deorum.*

modò sempiternū, vt Virgilius lib. 1. Æneid. in his significauit,

*ò qui res hominumque Deumque*

*Æterni regis imperiū, & fulmine terras.*

& Orpheus in hymnis,

*Ζεὺ πολύτιμῃ, Ζεὺ ἀφῆστῃ.*

*Iupiter ó Venerande, Iupiter sempiterno.*

quem eundem facit rerum omnium autorem, vt ex his patet,

*ὦ βασιλεῦ, διὰ σὺν κεφαλῇ ἰφάνητάδῃ ρῆνα,*

*Γαῖα διὰ μήτηρ, ὀρέων θ' ὕψις ἰσὺ ὄχθοι,*

*καὶ πάντα, καὶ πάντα ὀπίθ' ἕρπασε ἔνθα ἔσταθι.*

*Iupiter almæ tuæ sunt omnia quæ nunc nata:*

*Diua parens Tellus, præcelso vertice montes,*

*Et maria, & quidquid cælum complectitur altum.*

Hunc tamen sempiternum Iouem, & rerum omnium autorem, Virgilius in Dictæo monte Cretæ nutritum existimauit, quem etiam ab apibus educatum fuisse scribit lib. 4. Georgicorum, vt patet in his carminibus,

*Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse*

*Addidit, expedi am: pro qua mercede camoros*

*Curetis*

*Curetum sonitus, strepitantiæque aræ secunda,  
Diætas cæli Regem præiere sub antro.*

Sed illud magis mirum fortasse videbitur, quod neque tamen certum est ubi educatus fuerit hic præclarus & illustris antiquorum Deorum pater. Messenij enim apud se natum & educatum fuisse Iouem contendebant, cuius ostendebant apud se incanabula, & à Neda Ithomeque nutricibus, & à Curetibus seruitum fuisse affirmabāt, ut ait Pausanias in rebus Messeniæ. Hanc ipsam de Iouis ortu contentionem ita attigit Callimachus in hymnis:

τεῦ, εἰ μὴν ἰδαίσιον ὅς ἔρασι φασὶ γενέσθαι,  
τεῦ, εἰ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ, πότρυι πάτερ ἰφαιύσαντο,  
*Jupiter Idæi aiunt te in montibus ortum,  
Jupiter Arcadicis: Vtri sunt falsa locuti?*

Quod si nutricum varietatem perspiciamus, si modò vera est sententia Actij medici clarissimi, quod ingenium & mores nutricum in lacte referuntur, nonne fera potius Iupiter quam homo videbitur, qui tot brutorum lac suxerit? qui truculentissimas feras habuerit nutrices? qui ab apibus, a capris, ab vris fuerit educatus? atque quod capræ lac hauserit, ita Ouidius in quinto fastorum libro ait:

*Olenia surget sidus pluviale capella,  
Qua fuit in cœni officiosa Iouis.*

Hanc Iouis capram idcirco nominavit Aratus in Phænomenis, ut est in eo carmine:

ἢ λιπὼν δὲ μετ' αἶγα λιός καλῆνο' ὑποφῆται.  
*Oleniam, capramque Iouis dixeret poeta.*

Atque de vris, cuius lac Iupiter suxerit, ita meminit idem Aratus in his:

Ἀρκταίᾳ μα προχέουσι, καὶ δὴ καλίστησι ἄμαξαι.  
Αἱ δὴ τῆς κεφαλῆς μὲν ἰπ' ἡέας αἶν' ἔχουσι  
ἄφθλων αἶμα δὲ κατωμάδισι φερίονται,  
ἰαπαλιν εἰς ἄμους τετραμάναι, εἰ ἔτιδον δὴ,  
κρήταδιν κῆται δὲ αἰός μεγάλη ἰότητι  
ἔρασις εἰσαπίεσσαι, ὅ μιν τότε κορυρίζοντα  
αἰκτω ἐν ἰνώδῃ ὄρατος χεῖδον ἰδαίσιον  
ἄπτηρ εἰκατέβαν, καὶ ἔτραφον εἰς ἰνιαυτόν,  
εὐτα αἶμα κέρητας ὅτε κρένος ἰφαιύσαντο.  
*Vrsæ Vetricumque, quæ aiunt nemine Pluvistitæ.*

*Alternè quarum semper caput illa tangit:  
Inque humeros versa, his prouis illa & sique feruntur.  
E Creta, si vera ferunt, conscendere cælum  
Consilio meruere Iouis, quia cum puer esset  
Ditto in odorifero vicino collibus Ida  
Deposuerunt Iouem, quem nutruere per annum,  
Fallere Saturnum Curetes cum potuere.*

Hunc ipsum Iouem, quem Hesiodus in Theogonia hominum patrem atque Deorum appellauit, mortuum ac sepultum fuisse apud Cretenses sermo vulgatus fuit: quamuis eam famam conatur frustra Callimachus refellere, ut patet in his carminibus;

*κτὶ γὰρ τάφον ὡς ἀνασείῃ  
κρήτας ἐτακτῆσαντο, ἐν δ' ἐδάμε' ἰασί γὰρ αἰή.  
tuum Rex magne sepulchrum  
Cretes struxerunt: et semper, diuis & sique.*

Quod si fatorum necessitati subiiciebatur, uti testatur Æschylus in Prometheus ita inquit;

*π. μαῖρα τριμαρφοί, κατήμοις τ' ἐμινύσι  
χερ. τέρας ἄρ' ὄλαις ἐστὶν ἄδινύσι γος.  
Prom. Parca triformes, & memores Erinnyes:  
Chor. His ergo cunctis Iupiter impotentior.*

quo pacto Deus, & pater, & Rex hominum ac Deorum dici poterat? Sed non hominum sermones tantum, at Deorum etiam ipsorum sententias de Ioue consideremus. hunc vel à Mercurio ipse finxit Plautus in proœmio Amphitryonis mortalem appellati his verbis;

*Mirari non est æquum sibi si pratimet:  
Atque ego quoque & qui Iouis sum filius,  
Contagione mea matris metuo malum.  
Etenim ille quomodo huc inssu uenia  
Iupiter, non minus quam nostrum quiniis formidat malum,  
Humana matre natus, humano patre.*

Quare si ipse natus est, ut ceteri homines, & mortuus, & à mortalibus originem duxit, quo pacto sempiternus esse potuit? siquidem omnia que nascuntur, aliquando interire necesse est. At quo pacto Iupiter dictus est sempiternus? quia, uti dicetur, cum de illo tractabimus, cum glorię cupidus maximè fuerit, templaque sibi extruã ubique studuerit, fecit vulgaris  
opinio

opinio illorum qui magistratus & imperia admirantur, ut summus Deus putaretur. quare postea nunc vim factorum, nunc providentiam Dei, nunc Deum ipsum, quam mundi animam appellarunt nonnulli, nunc æthera, Iouem nuncuparunt: quæ cum sempiterna sint, Iouem etiam putarunt sempiternum. sic, ubi pro vi diuina per aquas diffusa, Neptunus intelligitur, dicitur sempiternus, pro Vulcano ignis, pro Venere naturalis procreandi libido, pro Cerere, terræ feracitas. Nam si hoc pacto Dii antiquorum accipiantur, erunt sempiterni ex illorum sententia, qui mundum, eiusque elementa sempiterna putarunt. siu eorum genealogiam inuestigemus, omnes fuerunt mortales, & ab hominibus procreati, ut patebit postea. At qui absurdum fuit hominum nominibus res sempiternas appellare, diuinæque providentiæ splendorem sub his humanis velate integumentis, quippe cum minimè conueniat res admirabiles horum profanorum nominum collatione inquinare. At quia viderent sapientes animos multitudinis appetitis rationibus ad eruditionem non posse adduci, horum figmentorum suauitate illos ad se allexerunt, quæ sola causa fuit, cur tot postea fabulæ sint inuentæ.

*De sacrificiis superiorum Deorum. CAP. X.*

**V**T autem pateat elementorum, rerumque naturalium virtutes, & vites demonum eorum qui in iis inhabitarent, qui Dii à multitudine imperitorum fuerunt existimati, his nominibus vocatas fuisse à sapientibus: non erit absurdum si genera sacrificiorum Diis singulis attributorum breuiter explicauero, quippe cum multa factorum genera fuerint ab antiquis pro singulorum Deorum natura instituta, & victimæ varæ, & varia suffumentorum ratio, & non idem habitus sacrificantium. Neque enim omnibus molæ offerebantur, neque omnibus accendebantur lumina, neque facta fiebant semper super sublimibus aris, neque semper per diem. Diuersa denique pro singularum nationum more, pro varietate temporum, pro creditorum Deorum natura, sacrificia ubique offerebantur, quod alia cœlestibus, alia terrestribus, alia aquaticis, alia Diis inferis conueniebant, quorum alia priuatum, alia fiebant publicè.